Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36451
Copyright: Melk, Benediktinerstift



eos.

palacio honoratis factus est comes itineris. ⁊ socius laboris.

Cum difficile iter peregrinationis aggressi. multas insidias in via a paganis pressi sunt. ⁊ multos ex socis cum rebus amiserunt. Plenis hostes per campum agitauerunt equitando. calcaribus ut equos urgentes. In hac itinere contigit quedam memorabile quod exempli gratia intexere ut phas illi terreant. qui sapientium consilys obstinata mente remanent. Erat in eadem profectione quedam nobilis abbatissa corpore speciosa mente religiosa. que post pyrata cum ceteris sororum cum omnium sapientum consilium tante peregrinacionis subiit periculum. Que a paganis rapta. in conspectu omnium tam diu est ab impudicis stuprata. donec ad opprobrium omnium christianorum ultimum efflaret spiritum. His ⁊ alys multis probris prius ab inimicis xpi affecti. ⁊ ioco spectaculum ⁊ angelis ⁊ hominibus effecti. quia per multas tribulaciones hierosolima pueneri. In bruta sua persoluentes. ⁊ hostia laudis deo offerentes ad patriam reuiuunt gaudentes. Qui in panonia pueniunt. ⁊ in wizenburc letos dies ducunt. Gunther deo amabilis episcopus de hac seculo migrauit. ⁊ gaudium domini sui super omnia bona constituendum iniuit. Eodem tempore etiam egilbertus patauiensis episcopus defunctus atque in celesti gloria beatis per dignis meritis coniungit. Post cuius mortem agnes regina regnique obtimates consilium meunt. omnes altmanum in loco defuncti episcopi eligunt. Clerus collaudat. populus conclamat omnes consona uoce dicentes altmanum episcopum honore dignissimum. quem doctrina ⁊ bonitate scire plenissimum. Mox mittunt in obuiam uiro ex honoratis in panonia. qui uirgam pastoralem ⁊ annulum sponsalem electo deferant. eique decreti honore ad sedem sibi adeo preparata deducant. Quo adueniente infinita multitudo utriusque sexus ob uia fuit. pastorem electum cum magno tripudio excipit. Dum ageb hardo [Salzburgensis] uenabili archiepiscopo consecrat. ⁊ benedictione percepta ad patauiam rursus. de nuo cum pyratis ⁊ tanticis suscepturus episcopali cathedra intronizat. Et quia huic honore adeo pmeruerit. ei laudabilitate declarauit. Erat enim doctor iustitie. amator castitatis. bonis ornatus moribus. ⁊ ideo acceptus erat deo ⁊ hominibus. Clerum monebat ad pudicicie amorem. populum docebat dei timorem. Dissidentes reuocabat ad pacis concordiam. largis elemosinis pauperum releuabat inopiam. Corpus iugiliys ⁊ ieuniys castigauit. spiritum fletibus ⁊ precibus humiliauit. Et quod alios docuit. in hac se ipsum exemplum omnium operibus prebuit. His ⁊ talibus fulgens uirtutibus factus est deo karus. quod ipse huiusmodi miraculo dignatus est declarare omnibus.

Erat in eadem oppido patauiensi quedam femina. cum filia iunta erat lepsa. Cum sepius oranti. ⁊ salutem filie a domino instanter postenti insomnis est reuelatum.

regnum dei se intraturos elegerunt tandem p multas tribulationes